



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt I. Qvis Ecclesiastico viro constitutus finis, hominibus etiam
vniuersis, ac rebus conditis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349



CAPUT I.

QVIS ECCLESIASTICO
viro constitutus finis, hominibus et-
iam vniuersis, ac rebus
conditis.

DE FINE INITIO A-
gendum : quia ad eum totius Cunctarū
vitæ curriculum dirigendum. finis rerum
Triplex vero Ecclesiastico vi- Dei gloria.
ro propositus est finis , D E I
honor , propria ac proximi
virtus & salus. Finis præci-
puus non solum angelorum
& hominum , sed etiam rerum consilii vel sensus ex-
pertium est vnius D E I Opt. Max honor & gloria.
Quem finem & ipse Deus in huius Vniuersitatis mo-
litione ac fabricatione spectauit : nam vt ait Salo-
mon Proverb. 16. v. 4. *Vniuersa propter semetipsum operatus*
est Dominus, impium quoque ad diem malum, id est, non
solum Deus sua incitatus bonitate, sed etiam ad suam
gloriam tanquam ultimum finem cuncta procreauit,
adeo quidem, ut improbissimus etiam quisque, dum Impius dñ
iniquis operibus vult Dei im-
velit nolit iustis suppliciis illustrare cogatur , quem- pedice glo-
admodum ad rebellem Pharaonem Aegypti regem riam, pro-
ait Exod. 9. v. 16. *Idcirco posuit te, vt ostendam in te fortitudi-*
nem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Quia
A dicat

De Ecclesiasticorum finibus,

2
dicat Deus : Te ô Pharao creaui quidem & regem constitui , sustinui, vt vertit Chaldaeus & conservauit, vt habent 70. vt mihi morem gereres, benè beateque viueres, sed quia præuidi, quod contumaciter & præfracte monitis præceptisq; meis, plagis etiam atq; miraculis repugnaturus essem , tuam malitiam ad meam ordinavi gloriam , permisiq; , vt in populum meum tyrannus insurges , & ego vicissim in te quasi hostem tot potentissimis plagis & pœnis insurgetem , tandemque te cum tuis mergerem in mari rubro , vt sic omnes meam iustitiam cognoscerent ac potentiam timerent etiam, & venerarentur.

Omni in re norem condiderit Deus , & illi omnem transcriben-
Deo gloria dam gloriam docet Apost. Rom. 11. v. 36. Quoniam ex ip-
tribuenda. so, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula A-
men. Quia, inquit, ex ipso Deo, vt causa effectrice, per
ipsum, vt causam reætricem, & in ipso, vt causa conser-
uatrice cuncta subsistunt : idcirco meritissimo illi o-
mnis tribuenda gloria. Et iterum Rom. 16. v. 25. & 27. Et
qui potens est vos confirmare, soli sapienti Deo per Iesum Christum honor & gloria in secula seculorum, Amen. Et 1. Tim. 1.
v. 17. Regi autem seculorum, immortali & inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen. Soli Deo honor diuinus, scil. honor & cultus latræ, quo vt Deus colitur & honoratur. Quapropter & præcipit Apost. ni-
hil faciendum penitus, quod non in Dei obsequium
& laudem referatur. Rom. 15. v. 6. Vnanimes, uno ore, hono-
rificetis Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. & 1. Cor.
10. v. 31. Siue mæducatis, ait, siue bibitis, siue aliud quid facitis:
AD eis specta oia in gloriâ Dei facite. Et ad Coll. 3. v. 17. Omne quodcūq; fa-
ta gloria bu citis in verbo, aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu
manarum Christi (supple facite) gratias agete Deo & Patri per ipsum.
actionum
bonitas, me
risu, salus.
§. Animaduertimus hîc quantopere instet & vr-
geat Apost. vt in omnibus prorsus nostris institutis, o-
perib.

perib.& negotijs Dei gloriam intucamur, quæramus,
promoueamus: quia nimirū finis est, à quo actiones
nostræ suam bonitatem mutuantur; cuius n. rei finis
bonus est, & ipsa bona est, & cuius finis malus, mala.

Quod & minimè ignobilis intellexit Philosoph. Se- Finis diuer-
neca ep. 95. cum ait: Non in facto laus est, sed in eo quemad- sus & bonū
modum fiat. Amico ergo assidet quis probamus: at si heredita- facit opus
tis causa hoc facit, vultur est, cadas uer expectat. Eadem, Et ut & malum.
pia, & honesta sunt, refert, quare aut quomodo fiant: propona-
mus oportet fine summi boni, ad quem nitamur, ad quē omne
factum nostrum & ductum respiciat, velut nauigantibus ad a-
liquod Sydus dirigendus est cursus. Vita sine proposito vagae est.

§. Et sanè si opera nobis salutifera & meritoria esse
velimus, in Deū eiusq; gloriam referenda sunt. Quod
tribus fieri modis potest, vel ex natura operis, vel vir-
tute, vel ipso actu. Ex natura operis, quia omnia bona
opera apta & habilia sunt ad Dei gloriam promouē-
dam & augendam. Virtute; quando opera, quæ exer-
cemos, procedunt ab illo actu, quo antea illa in Deū
& ultimum finem retulimus. Actu enim in singulis o- Opus in Deū
peribus inchoandis Deum eiusq; gloriam spectamus. ordinatum
Etsi vero nō desint auctores, qui opinentur omne o- vanescit.

opus bonum hominis iusti & diuina charitate prædicti
vitam æternam promereri, verisimilior tamen & tu-
tor est illorum doctorum sententia, ad meritū exigi,
ut bonum opus iusti, vel tunc cū fit, actu imperetur à
caritate, & in Dei obsequium cultumq; referatur, vel
certè oriatur ex actu imperato à caritate, atq; in Deū
relato, quod est virtute non actu in Deum referri.

§. Hinc Saluator docet, quod tam præsentium ma-
lorum perpessio, quam caducorum bonorum conti-
prio ad sempiternam non proficit felicitatem, nisi p-
pter ipsum ut ultimum finem suscipiantur. Mat. 5. v. II.
Beati, inquit, eis qui maledixerint vobis homines, & perse-
cuti vos fuerint, & dixerint omnem malū aduersi vos metentes,

propter me. & c. 10. v. 42. Quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigida tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Mat. 19. v. 29. Omnis qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Ex quo S. Matt. c. 10. loco B. Aug. l. 13. conf. c. 26. docet meritum sumi ex fine actionis : citans enim illud Apostoli Phil. 4. v. 17. Non quia quero datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Didici à te Deus meus, inquit, inter datum & fructum discernere. Datum est res ipsa quam dat, qui impertitur hec necessaria, veluti est cibus, nūnus, potus, vestimentum, rectum, adiutorium. Fructus aut bona & recta voluntas datoris est. Non n. ait Magister bonus Mat. 10. Qui suscepit Prophetam, tantum : sed addidit in nomine Prophetæ. Neq; ait tantū : qui suscepit iustum : sed addidit in nomine iusti. Ita quippe ille mercedem prophetæ, iste mercede iusti accipiet. Nec solum ait : Qui calicem aquæ frigidae potum dederit vni ex minimis meis, sed addidit ; tātum in nomine discipuli, & sic adiunxit: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Datum est suscipere prophetam, suscipere iustum, porrigitur calicem aquæ frigidae discipulo, fructus autē in nomine Prophetæ, in nomine iusti, in nomine discipuli hoc facere. In nomine prophetæ sive doctoris, in nomine iusti, in nomine discipuli, hoc est, quia propheta, quia iustus, quia discipulus est, eos recipiens eorundem & mercedem capiet, quia propter Deū facit illisq; cooperatur Dei Christiq; ministris.

§. Apostolus itaq; 1. Cor. 10. & Coll. 3. suadet, vt omni studio omnibus in rebus Dei gloriam spectemus & promoueamus, mandatq; ne quid diuinæ gloriæ res sua semper pugnans committamus. Illud summopere salutifera instituta in rum foret clericis ad spiritale meritū, & cœlestè præ Deum dirimium augendum, vt non modo mane illucescentis gerefructuo diei officia, vt horas canonicas, sacrificium, eleemosyñas, munia publica vel priuata Deo ad ipsius gloriā offerrent, sed idem in singulis actionibus propositum renoua-

Dei gloria & propria perfectione.

renouarent, sic enim & indifferentia eorum opera, vt sunt bibere, commedere, ambulare, sermocinari, dormire, virtutis & meriti rationem consequerentur, & quia id non modo ruides & imperiti, vt milites, opifices, agricolæ, sed etiā viri docti, vt Jureconsulti, Medici, Theologi, Ecclesiastici prætermittunt, & solum ad finem naturalem labores etiam ingentes exantlant, v.g. vt se suosque enutriant, omni se merito priuant, similes illis qui aërem verberant, hic enim cum iustum non admittat, frustra se defatigant.

C A P V T I I.

*DEI HONOS ET GLORIA TANQVAM
finis viro Ecclesiastico potissimum proposita &
commendata.*

§. **O**Mnibus quidem & singulis hominib. diuini *Præcateris* honoris scopus, in quem suas dirigant actio- *diuinusho-*nes, *præfixus*, sed maximè clericis, vt quorum vita di- *nos clericis* uinis laudibus mancipata & dedicata est. Quocirca *spectandus*. Regius vates Sacerdotes & Leuitas exhortatur, vt sedulo diuino cultui insistant, & non tantum interdiu, sed etiam noctu supremum Numen collaudent: *Ecce,* inquit, *Psal. 131. Nunc benedicte Dominum omnes servi Do-*mini, *Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, in* noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicte Do-*nnum* Et rursus: *Psal. 134. Laudate nomen Domini, lau-*date servi Dominum, *Qui statis in domo Domini, in atrijs do-*mus Dei nostri, Laudate Dominum: quia bonus Dominus,

psallite nomini eius, quoniam suave.
§. Quia vero S. Aug. in huius *Psal. 134.* commenta-
rio exponit & duplice causam, alteram ex parte no-
stra, quia servi sumus, alteram ex parte Dei, quia ipse
Dominus & bonus, cur laudandus sit, & discriminé ac
periculum nostrum, si à diuinis laudibus cessaueri-
mus, & vt utilitatem ac præmium, si eius laudes celebra-
mus.

A 3 uerimus,